

107

AONII PALEA=  
RII VERVLANI

PRAEFATIO

DE RATIONE STUDIORVM.



MEDIOLANI,


EX TYPOGRAPHIA MOSCHENIANA.

M. D. LV.

AONII PALEA  
FRANCISCVS MOSCHENVS  
BONARVM LITERARVM STUDIO SIS.



**H**ABVIT *A*onius Palearius Ora-  
tionem proximis superioribus diebus quam  
ille, ut puto, rationem habens delati, assi-  
gnatq; sibi muneris maluit appellare Praefationē  
De ratione interpretationum, seu studiorum, in co-  
rona illustrium Senatorum, & Magistratus  
gerentium, magnosq; conuentu doctissimorum uiro-  
rum, tanto hominum concursu, ut strepitu eorum  
qui conuenirent, licet is alta uoce diceret, uix exau-  
diri posset, usum est non nullis, qui eius orationis  
legendae desiderio tenentur, non ab re esse, si eam  
typis nostris excuderem, cuius exemplum cum in  
manus meas peruenisset, curauit diligenter, ut, ne  
immutato quidem uerbo, aut interpunctione sublata  
cuderetur. *Valete.*



MEDIOLANI  
EX TYPOGRAPHIA MOSCHENI  
M. D. L. V.

AONII PALEARII VERVLANI

P R A E F A T I O  
DE RATIONE STUDIO RV M.



**V** A. Mea semper in Se-  
natum, Magistratusq; uestros  
Patres Conscripti obseruan-  
tia fuerit, qui meus in omnes  
Mediolanenses amor, nemo  
omnium melius nouit, quam pra-  
stantissimi uiri ciues uestri, qui omni uirtutum genere  
ornati superioribus annis cum imperio, & fascibus in  
Hetruria fuerunt, ad quos cum magnus esset concur-  
sus bonorum nihil mihi fuit antiquius, quam ut eos san-  
ctissime colerem, & obseruarem: Hi cum in sermo-  
nibus quotidianis, qui cum Hetruscis nostris habeban-  
tur, multa de Senatus uestri dignitate, non nulla, de pa-  
triae institutis ac legibus, plurima, de dictis ac factis  
cuium uestrorum saepe narrarent, iucundissime ego  
in primis audiebam, accendebarq; indies praconio lau-  
dum uestrarum, & beatissimos eos esse indicabam, qui  
essent apud uos, summa prudentia, & sapientia utros:  
ex quo tempore magnus in me erga uos, liberosq; ue-